



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

55. An sine causa honesta, petendo pecuniam muturam ab usurario
parato, sit peccatum mortale? Et quid est dicendum, si proximus non ex
mera malitia, sed ex vehementi passione avaritiæ exigat usuras ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](#)

ipso Sanchez *ibid. n. 23*. Sala tr. de *vñavio*, dub. 48. n. 7. & aliis, putem, non peccare mortaliter sed venialiter. Si dicam pecunia quis peteret ad vanas, & inutilia vt ad superflua epulas, ad ludos otiosos, &c. quia eadem est propositio ratio de hoc, ad de petente Sacramentum ad ministro male parato, i quamvis sciat, fore ut in pec-
cato mortali ministerit: sed, qui peteret absque necessi-
tate, & vilitate aliqua a tali Sacerdote Sacramen-
tum, venialiter solum peccaret: ergo, &c. Cæteras
rationes vide apud Sanchez: quidquid in contrarium
affirat Rebellius *loco cit.* Aragonius in 2. 2. q. 8. 9. art.
6. dub. 2. Valentia tom. 3. disp. 5. q. 2. 1. punct. 4. & alij
penes Salaz. vbi *sprā*, n. 6. & Sanchez. Sed nostra
sententia est probabilis, & tuta in praxi: & illam etiam
doct. præter DD. citatos, Ioan. de la Cruz in direct.
confessio, p. 1. *præcepto*, 7. q. 5. dub. 1. 4. *concl.* 2.

RESOL. LV.

Ad fine causa honesta, petendo pecuniam mutuum ab usurario parato, sit peccatum mortale?

Ei quid est dicendum, si proximus non ex mera malitia, sed ex vehementi passione avaritiae exigat usurias, an in tali causa liceat petere mutuum sine honesta causa?

Et an liceat petere ab usurario mutuum ad usurias ex prece, & formaliter v.g. dicendo, da mihi mutuum ad usurias?

Et an licitum sit non solum petere ad usurias ab homine parato, sed etiam à non exercente usurias, licet agno/cannus esse periculum, ut eas ille velit?

Et in §. 3. & vlt. huius Resolutionis adducitur, qua fini causa honesta, petendo mutuum ab usurario.
Ex p. 5. tr. 7. Ref. 8.

*Sed in §. 1. E*ste peccatum mortale docet Castrus Palau*tom. 1. tr. 6. disp. 6. punct. 1. o. Pontius de matr.*
lib. 5. c. 18. n. 50. Vafq. opusc. de scandalo, art. 8. n. 3. 3. Suarez disp. 1. o. sett. 3. n. 2. & 3. Molinatom. 2. tract. 2. d/p. 3. 3. 5. & alij. Quia si ego sine vilo, aut leui damno possum hic & nunc vitare actionem turpem proximi, & efficiere ne ille propter iniustitiam sit subiectus restitutio[n]i, charitas postulare videtur, vt abstineam ab ea petitione. Ergo, &c. Q[uod]d autem illa petitio non possit esse venialis, sed mortalis, probatur eti[am] Valquez, quia quando ex opere veniali ex se vt ex mendacio leui sine iuramento, vel ex opere ex se indifferenti, sumitur occasio peccati mortalis, illa actio quae ex se est venialis, & indifferens, redditur mortalibus ab hac circumstantia scandali passiui mortalibus. Ergo, &c.

2. Ego vero cum Hurtado de Mendoza in 2. 2. disp. 173. sett. 4. §. 176. & 177. puto hanc sententiam esse probabilem; sed contrariam existimo cum eodem Hurtado etiam probabilem esse quia peccatum hoc fecundatoris est ex pura malitia, peccatum autem ex malitia non est curandum. Ergo. Secundò probatur, quia ille homo non excitatur à petente mutuum, neque impellitur, iam enim ipse se impulit ante illam petitionem mutui. Petitionem autem non est de se cooperatio ad usuram, quia usuria non petitur, nec offertur, sed tandem est mutui petitio, quae de se nec est cooperatio ad malum. Eo autem quod hic & nunc occasio[n]es peccatum in usurario, non imputatur ad culpam ipsi petenti, non solum quia petitio non est mala, neque habet speciem mali, sed quia id oritur ex insigni, & desperata si na malitia usurarii. Vnde sine scrupulo scandalis possunt ab huiusmodi hominibus mutua pecunia peti, etiam cum periculo fœnoris. Ratio item generalis est, quia usurarius non ruit in id peccatum

occasione alterius, sed iam ipse assentit. Dico igitur probabiliter petitionem mutui esse tantum peccatum veniale.

*3. Notandum est tamen quod stando in prima opinione, causa honesta petendi mutuum ab usurario erit, non præteri, quoties ego vel ad prouidendum meæ domui, aut aliæ & infirmiæ, vel alicui, vel ad aliquod ante mediū opus plium, vel etiam ad aliquem ludum publicum, à s. vlt. eius quo non possum nisi in honeste abesse, vel ad aliquam actionem frequentem hominibus mihi æqualibus, quam vitare non possum sine aliquo dedecore, vel etiā ad mercaturam honeste exercendam. Item quando quis aliqua passione gravi concitat ad ludum, vel quid simile, non teneat lege charitatis abstinere à petendo mutuo, quia cum tanta difficultate non teneatur vitare peccatum proximi ad illud iam parati, & ex depravata malitia. Ita Hurtado vbi *sprā*, §. 178.*

4. Sed quid dicendum si proximus non ex mera malitia, sed ex vehementi passione avaritiae exigat usurias, an liceat in hoc casu petere mutuum sine honesta causa? Negatiæ respondet Valent. tom. 3. disp. 5. q. 2. 1. punct. 4. & Sanchez in sum. tom. 1. lib. 3. c. 8. n. 18. quia tunc proximus est in maiori necessitate, & ideo tunc strictrius obligat præceptum charitatis de impediendo eo proximi peccato. Verum contrarium, & merito, docet Hurtado loco cit. quia omnis usurarius peccat ex vehementi inclinatione in pecunias, neque avaritia est ex genere illarum passionum, quæ commouent animum excitatis humoribus, vt ira, tristitia, &c. Cùm autem ille appetitus sit diuturnus, oritur ex pura malitia illum non vincere. Ergo, &c. Vnde ex his omnibus remanent satis firmata ea, qua docui in 1. part. tract. 8. refol. 3. 1. aduersus quæ insisteret scio aliquem olim arietasse.

*5. Et tandem pro coronide huius resolutionis non relinquam hic querere, an liceat petere ab usurario mutuum ad usurias expresse & fortaliter, v. g. dicens, Da mihi mutuum ad usurias: Negatiæ respondet Baſil. Pontius de matr. lib. 3. cap. 18. §. 7. n. 47. & Vasquez opusc. de scandalo, artic. 8. num. 19. & alij, quos citat Sanchez in sum. tom. 1. lib. 3. c. 8. n. 26. quia non potest ab aliquo peti actus, qui non potest bene exerceri. Sed ipse Sanchez numer. 27. contrariam sententiam docet, cui adde Valent. vbi *sprā*, Molin. de Iust. tom. 2. disput. 3. 3. 5. concl. 5. Bañez in 2. 2. quest. 7. 8. art. 4. dub. 2. concl. 2. hi enim assertunt posse mutuarium dicere mutuanti. Da mihi mutuum ad usurias: & ratio est, quia eius petitionis obiectum non est actio dantis mutuum sub usuris, quæ tenus ab eo procedit, hæc enim est intrinsecè mala; sed obiectum illius petitionis est mutuum quod autem dicit sub usuris, est permittiæ, & ita est sensus, da mutuum, vel quia noui te non datum nisi sub usuris, id permitto vt mihi consulam. Vnde patet responsio ad argumentum pro sententia Vasquez: nam in hoc casu non petitur ab solitudo aliquid male, sed permittitur & exponitur animus folundi usurias. Et ideo ego puto cum Suarez de Relig. tom. 2. de instrumento, lib. 3. cap. 13. n. 9. hanc sententiam esse probabilem.*

6. Nota etiam contra Vasquez opusc. de scandalo, art. 8. n. 29. licitum esse non solum, vt dictum est, petere usurias ab homine parato, sed etiam ab homine non exercente usurias, licet cognoscamus esse periculum vt eas ille velit: & ratio est, quia quod ego peto, potest fieri honeste, quod si male fit, est ololam malitiam alterius, quam ego cum graui damno non teneo vitare: tamen in hoc casu desideratur maior causa ad petendum mutuum, quam diximus requiri ab homine parato: & ego puto cum Hurtado in 2. 2. disp. 173. sett. 14. §. 18. 4. causam sufficiens in hoc casu esse, non solum si pertinet ad utilitatem sup his cas.

sis supra in §. Noctadum est, huius Ref. & in R. nos. praece-
ta.

conservandi, aut augendi statum, sed etiam ad exer-
cenda torneamenta, vel alias actiones, quas sine de-
decore omittere quis non potest; ut vero ob solum lu-
dum, aut voluntatem non licet petere. Et in hoc casu
licitum etiam esse petere mutuum ab imparato ex-
presa sublatura in leni proposito, & explicato mo-
do quo supra tract idem Hurtado §. 185. & Sanchez
in summa, tom. 1. lib. 30 cap. 8. n. 30. quia illa petitio
non est absoluta, sed conditionata tantum, & magis
est explicatio voluntatis paratae ad usuram redden-
dam, quam ad eam exigendam inducentis.

RESOL. LVI.

*An liceat petere iuramentum ab aliquo, quando ti-
meo illum falso iuraturum?* Ex p. 5. tractat. 7.
Resolut. 9.

§. 1. **N**egativam sententiam ex D. Thom. docet nouissimè Sylvius, insignis eius Commentator, in 2. q. 98. art. 4. con. 2. vñ sic ait. Qui seit, vel opinatur alium esse peieraturum, & tamen ab eo exigit, vel etiam à parato recipi iuramentum, graviter peccat, quia in tali exceptione iuramenti nihil boni est, sed dumtaxat veritas per eiusmodi iuramentum evertitur, vel obscuratur. Hinc Augusti serm. 11. inter Parisientes, qui est 2. de decoll. S. Ioh. Scribit in cordibus vestris quod dico. Ille, qui hominem prouocauit ad iurationem, & scit falso esse iuramentum, vincit homicidam, quoniam homicida corpus occisorum est, ille animam. Et exemplum refert cuiusdam civis Hipponeonis, alioquin boni, extraordinarii à Deo puniti, quod ne rem sibi debiti perdebet, iuramentum à peieratu exegisset. Si diccas, ipse met te interficet, qui falso iurat, non ille qui iurandum exigit. Respondet Augustinus serm. 28. de verb. Apost. cap. 10. Ille suo periorio te perimit, sed iste manum interficiens expressit, & pressit. Neque iuvat respondere quod qui paratus est peierare, iam se premerit priuquam re ipsa peierare, nam scip̄ voluntatem peierandi non habent homines, sed eam concipiunt interiori, dum virginitas ad iurandum: & vt haberent talis iuramentum exactior, vel etiam receptor causa est, vt ipso externo opere perciurij nomen Dei polluat. Si dicat tua interesse, vt à tali homine iuramentum accipiat ex dicto serm. 11. Augusti respon-
sionem audiat. Nonne melius erat vt rem tuam, quam exigas, perderes, quam hominis istius animam falsa iuratione primeres? Adde quod nec ea via rem suam sit recuperaturus, ponitur enim quod debitor sit cum periculo debitum negaturus. Neque quempiam moueat, Augustinum non videri locutum de recipiente iuramentum à peieratu, sed de exigente. Ex decursu enim sermonis colligi potest eandem utriusque esse rationem, quia scilicet nulli iusto usui deseruit eiusmodi iuramentum, ac proinde non subest causa rationabilis illud recipiendi. Censeatur autem aliquis scire quod aliis si peieratorum, si vidit eum hoc, aut illud facientem, & tamen est vult iurare, quod non fecerit. Item si certus est ipsum sibi debere, ac eum hoc non ignorare; & tamen si iurare vult, quod non debeat; opinari vero si fateat nouit eum nihil facere iuramentum, alias peierasse, esse mala conscientia. Hæc omnia Sylvius. Cu-
ius sententiam etiam ex veteribus sequuntur sunt Bonaventura, Richardus, Turrecremata, & alii penes Suarez ubi infra, quibus adde Sotom de Inst. lib. 8. question. 2. art. 1. & Valsquez opusc. de scandalo, question. 43. artic. 8. dub... Et tandem hanc senten-
tiam tenet Basilius Pontius de matrim. lib. 5. cap. 18. §. 8. num. 57.

2. Sed merito Suarez tom. 2. de Relig. lib. 3. de iuramento, cap. 15. numero 10. contraria senten-
tiam docet: dummodo non petatur ut tenuerit fal-
sum; secundò ut adsit iusta causa petendi iuramētum,
ut necessitas aliqua, aut utilitas, ad quam habet ius;
& ita hanc sententiam præter Suarez tenuerit etiam
Hurtado de Mendoza in 2. 2. disq. 173. sect. 1. §. 1.
197. quia adest utilitas & honesta causa ad petendum
iuramentum, quod enim petitur, potest fieri bene
& male à iuratore, potest enim iurare verum, quod
si fallum iurat, est propter solam malitiam, à qua ego
non teneor abstinerre cum graui danno. Else in tam
causam & vtilem probo, quia mea intercessio illi
iuret, non enim ego possum persequi meum iniurifici
iuridicē, vt aiunt, substantiatur processus. Consta-
tur primum, quia homines abriperent anfani ad fata
& alia crimina, si intelligenter non licere adoribus
petere iuramentum à falso iuraturis. Confirmatur
cuncto quia iudex non posset licet exige iuramen-
tum in ea occasione, etiam id potenter auctore, si enim
huius petitio est intrinsecè mala, non potest iudex illi
acquiescere. 3. Augustinus aperte explanat Suar-
z propriis verbis. S. Thomam & alios explicat
peito iuramento sine necessitate, & quidem, vt ego
non teneor abstinerre à petitione iuramenti irreligiose
præstandi ab Ethnico, quia irreligiosi præfuerint
propter solam eius malitiam, ita non teneor abstinerre
à iuramento aliunde sitiando. Ita Hurtado, & ego

RESOL. LVII.

*An liceat persuadere alicui, ut inret obliuionem qui-
dem verum, sed quod ille ignorat, v.g. Scholasticus,
quando vult probare Cursum, & Antoniu-
suam Nobilitatem, &c. Ex p. 5. tractat. 7. Re-
solutio 10.*

§. 1. **C**ausa potest frequenter accidere, & ad 2.
clum responderet Hurtado de Mendoza in 2.
2. disputation. 173. sect. 15. §. 200. non liceat iuraturus sibi persuadere prius rem ita esse probabile fundamento, ex quo possit formari dictamen præ-
cum de honestate iuramenti; quia iurare sine eo di-
ctamine est peccatum mortale: ergo inducere ad talis
iuramentum est dare gravis occasionem vñit, ob
quod est peccatum mortale (scandalis). Si vero prius
persuadeamus homini veitatem, ita vt ille efficeret
dictamen practicum de honestate iuramenti, hinc
est illud petere, quia perimus rem ieitam. At ille
non est iuraturus rem aliter quā scit, e.g. Scholat-
icus vult probare cursum, ad quod eget duobus
testibus, adhibet duos amicos, qui illum non vide-
runt interesse lectiōibus, at lati sibi persuaderet
illum interfuisse, polsunt iurare illum interfuisse, at
non posunt iurare se id vidisse. Ad primum enim
habent sufficientem cognitionem (vt pono ex eis)
secundum autem illis constat esse fallum. Item in-
terrogatur aliquis de nobilitate Antonii, decet ab
ipso Antonio fundamenta facientia fidei de illis
nobilitate, quia vel adducit senes, homines quiden-
ta, & monumenta vetusta, quibus prudenter em-
ditur rem ita esse. Possumus licet iurare Antonium
esse nobilem, quia ad id asserendum fatis & pro-
dens persuasio sine villa ratione probabilitate debet
tandi. Hæc omnia Hurtado, valde menti tensa
quia noua, & in aliis Doctoribus minimè obvia.

RESOL.